

in locis etiam idoneis pro Hylech, eligendus erit planeta, qui est maioris uirtutis, & posse, & in fortiori loco & aptiori pro Hylech, quod distinctius sic accipe. Si luminare esset aptum pro Hylech, & etiam planeta gubernator dictorum locorum. Si tamen luminare fuerit debilius in testimonijs essentialibus, uel etiam in debiliori loco, & ipse gubernator uel dispositor dictorum locorum plura testimonia essentialia habuerit & in fortiori loco, tunc talis planeta preferendus est ipsi luminari in dominio Hylech.

In nostra proposita natiuitate Sol est Hylech, eo quod natiuitas fuit diurna, & Sol repertus in septima domo in 25 gradibus mox cuspidem sequentibus. Mars autem gubernator siue dispositor Hylech, Alchocoden est.

Aliorum in Hylech eligendo opinio.

Pro Hylech in diurna natiuitate uide	Primo Solem, qui si fuerit in	Ascendēte	in quouis signo, numerando 5. grad. ante & 25 post cuspidem eiusdem domus, ut supra	Ascendēte	in quocūq; signo, ut supra numerando. Si extra haec loca fuerit, & in ueniatur in aliquo ex 5 illis gradibus ante gradum	Ascendēte	in signo masculino tantum.	Erit Hylech.
		Decima						
		Vndecima		Quarta		Quinta		
		Septima		Quarta		Quinta		
		Octaua		Quinta		Quinta		
		Nona		Quinta		Quinta		
	Secundo Lunā quae si fuerit in	Ascendēte		Quinta		Quinta		
		Secunda		Quinta		Quinta		
		Tertia		Quinta		Quinta		
		Septima		Quinta		Quinta		
		Octaua		Quinta		Quinta		

Pro Hylech in nocturna natiuitate uide	Primo Lunam, quae si fuerit in	Ascendēte	in quouis signo	Ascendēte	in quocūq; signo, ut supra numerando. Si extra haec loca fuerit, & in ueniatur in aliquo ex 5 illis gradibus ante gradum	Ascendēte	in signo foeminino tantum	Erit Hylech.
		Decima						
		Vndecima		Quarta		Quinta		
		Septima		Quarta		Quinta		
		Octaua		Quinta		Quinta		
		Nona		Quinta		Quinta		
	Secundo Solem, qui si fuerit in	Ascendēte		Quinta		Quinta		
		Secunda		Quinta		Quinta		

Si neutrum luminare aptum fuerit & praecesserit natiuitatem succedenti fuerit. Si non, accipe gradum Ascendentis. Sed in hoc genera signorum non erunt consideranda.

Cautela.

Luna combusta non erit Hylech. Hylech nullatenus potest esse, nisi concurrat quocumque Alchocoden, ita quod respectum aliquem cum Hylech habeat, accedente